


Ry 8. May 81



Viro ILLUSTRI
D. CONSTANTINO HUGENIO
A ZVLICTEREN

Andreas Arnoldus S. P. D.

Vip lesi vesperi domum redi, atque intelligo, non dari facultatem illig mora. quam acerbe isthuc fecam, tute poter cogitare, qui animum meum satis cognosco. volebam tua uti benevolentia, quoniam tam facilis fuisti, ac una adhuc vice Hagam excurrere, ita, ut gratias tibi agerem, et precarer quam optime. Nunc si aliter non potest, nisi ut litteris ^{huc} officium imponam. Immoderatus igitur, optime CONSTANTINE, tibi ago habeo gratias, qui amari se a me passus es, meq amasti ipse. qui splendorum doctrinae tuae exposuisti menti mea, ut, quae ad tantum fastigium non accedunt, valeat discernere, cupidior rerum magnatum. Vera et ignota penitus, manifestasti. Uno verbo, mille fructus ex consuetudine tua tuli; neq tamen ita magnifice quicquam dixero, quin virtus tu superet tua. Vive, grande decus Batavorum, vive, et patriam diuisione adiuua divino consilio, serua artibus dignitatem, gaude tua felicitate. nos constanter

pro te

Hug. 37.

WILHELMUS VAN DER MEER
18-11-16

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

pro te vota suscipimus, et pro filio, centum, mille, et am-
plius. Deo saluam cupiat tantum familiae ornamentum,
gloriam exterorum, ut tu letitia exultes, ego olim vitum exipiar
amicum. Vale iterum, Vis Illustis, nec mei unquam deponere
memoriam. Sab. Lugd. Batav. a. d. vii. Maji.
cto lre LXXXI.

P. S.

Injunge obsecro amanuensi saltem tuo,
ut nomen Principis feminae suscitans,
quae superiore anno Delfis obiit, ~~revera~~ propediem
vel unius hincula indicet. Virget amicis,
neq. est aliquis, qui me id doceat. Multum vale.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain several lines of script.